

LI

Go te rex Vladislæ cū adire scribēdo in sti-
 tuissem: nō poteram equidē nō subuereri:
 ne a quibusdam existimarer imprudēti-
 or: quippe qui dicturi uiderētur non esse mei
 neq; muneris: nec etiā dignitatē ad ea sum-
 mum regē adhortari: quæ uel imprimis re-

galē magnitudinē præ se ferunt. Nam qui ad decus & glo-
 riam natus: altus: educatus oia supra hominē & mediteris
 & moliaris & facias: nunq̄ possis: ut opinor: ullis meis uel
 monitis: uel adhortationibus quasi equus Lydus in cam-
 pum ad splendidissimæ laudis cursum uerbementius inci-
 tari. Sed ego certe neq; te moneo admirabili prudētia pri-
 cipem: nec adhortator accedo: q̄nquidē ultro pro diuina
 benignitate ad summi honoris calcē qui humanæ foelicitatis
 & testimoniū est & præmiū uel eas: uel puenias potius.
 Quid em̄ per immortalē deum aut pulchrius ad humanæ
 aut fructuosius ad diuinæ gloriæ gradum tibi contingere
 potuisset: q̄ qd̄ ipsa dies & deus obtulit præclarā de Tur-
 cis uictoriam gente barbara & imani. Qui patrijs relictis
 auitisq; gurgustijs ubi sese per omnē turpitudinis foedita-
 tem dies noctesq; polluerent: horrentibus illis Caucasī ua-
 stisq; rupibus tamdiu ac multum in uniuersum prope ter-
 rarum orbē sunt aduersus christi nomē per omnē ludibri-
 um & contumeliam debacchati. Quas em̄ ciuitates: quos
 populos: quas deniq; remotissimas nātiōnes quisq; afferat:
 quæ turcorū imanitatē obscœnaq; flagitia per omne scele-
 rum omniū genus minus uel tulerint: uel pertulerint: Ob-
 dormierat nescio quo pacto excelsum illud & inuictū ro-
 bur uirtusq; Christiana: Ac tantus terror uniuersas mētes
 inuaserat: ut etiam sine proelio uinceremur: & quicqd̄ eru-
 bescenti hostis libidini aut furori collibuisse: non pati so-
 lum: sed perpeti quoq; posse uideremur. Ob temporū ca-
 lamitas miserabilisq; fortuna: Ad tantū miseriarū deuentū
 erat: ut ignobile illud atq; agreste Turcorū uulgus ex hu-
 millimis pastoribus ac famelicis & fugitiuis scytharū ser-
 uis longe lateq; in populos Christianos & reges imperita-
 rent: indiesq; magis atq; magis ita suū propagarent imperiū: